

RM II. 589

Scripta quaedam Magni illius Philippi
Melanthonis . . . de sacra Domini
Coena . . .

Elzö is. 8r (16r).

(Heltai nyoma sata'sanale l'ossik) Hacha Kaba
(1560 intani)

XIII. RESZE.

taloknac úta győrelmet.

XIII. RESZE.

A hol ninchenec ökre

SALAMON BÖLCH BESZEDENE
gyon: De a kichamísan chelekedet,

N. BÖLCH BESZEDENE
vezettre halálra velt.

Melanchthon, Philippus: Scripta quaedam... quibus manifestissime declaravit, quid de sacra Domini coena senserit.

/Claudiopoli, circa 1563. G. Heltai sen./ fol. /8/+/?/. 8^o

Betűtípus: kolozsvári.

Kiadás idejének meghatározása: Terminus post quem 1560. április 21. Tartalmi vonatkozásait figyelve Hebler Mátyás Brassóban 1563-ban megjelent Brevis confessio-jával /RMK II 89/ hozható összefüggésbe; Hebler kiadványának megjelenésekor már ez a nyomtatvány közkezen volt.

Szövegkiadás: Corpus Reformatorum /Opera Melanchthonis/ vol. V., IX., XIX.

A részletes bizonyító anyagot az erdélyi urvacsora-vita történetébe állítva cikkben előkészítettem /Magy. Könyvszle? vagy Irod. tört. Közl./.


Az új RMK szerkesztésénél e nyomtatványt RMK II 89/b számmal jelöljük.

A cikk megjelent: Magyar Könyvszemle

1966: 376-385

743.

Hall Béla



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Centimetres

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

RM II 589

SCRIPTA

QVAEDAM MAGNI
ILLIVS PHILIPPI MELANTHONIS,
Viri optimi ac doctissimi, sancta, fe-
lici ac aeterna memoria dignissimi,
quibus manifestissime declaravit,
quid de sacra Domini Coena
senserit: cuius exemplū qui-
libet pius citra terrorem
sequi poterit.

PHILIP. MELANTH.

Vespera iam venit nobiscum Christe maneto,
Extingui lucem ne paciare tuam,

PSALM. CXIII.

Non nobis Domine non nobis,
Sed Nomini tuo da gloriam.

SCRIPTA

QVAEDAM MAGNI
ILLIVS PHILIPPI MELANTHONIS,
Viri optimi ac doctissimi, sancta, fe-
lici ac æterna memoria dignissimi,
quibus manifestissime declaravit,
quid de sacra Domini Cœna
senserit: cuius exemplū qui-
libet pius citra terrorem
sequi poterit.

PHILIP. MELANTH.

Vespera iam venit nobiscum Christe maneto,
Extingui lucem ne paciare tuam,

PSALM. CXIII.

Non nobis Domine non nobis,
Sed Nomini tuo da gloriam.

**M. Ioānes Stygelius De Phi-
lippo Melanthon.**

*Sicut apis vario sugens è flore liquorem,
Subtili pressum neclare fingit opus.
Sic selecta etiam, tibi m. n. arguta Melanthon,
Et veris gignit scripta referta bonis,
Qui strepitis fuci? qui quantum in pectore succi,
Fortis, ab hac vna surripuisti ape.
Hec apis officij memor in cōmune laborans,
Ess. Deo gratum, quod facit, omne cupit.
Qui mundo potius fuci inseruire laborant,
His sua conueniens premia meta. C. it.
Cedite degeneres suato pectore fuci,
Hec apis est ipso vindice tuta Deo.
Quod si adeo cæco iuuat insanire furore,
Si fatum impietas non videt ista suum:
Hei quantum Christi alueolis exam: n ab ipsis,
In vestram armabit sp. cula prompta necem.
Cedite degeneres: suato pectore fuci,
Hec apis est ipso vindice tuta Deo.*

**ILLVSTRISSI-
mo Principi & Domino, Domi-
no Friderico Comiti Palatino
Rheni, Electori, Duci Bava-
riæ &c. Domino suo
clementissimo.**

Salutem Dicit.

Illustrissime & clemētissime prin-
ceps: Certissimum est, legitima im-
peria vere opus Dei esse, clementer
consuetantis honestā societatem ge-
neris humani. Ideo verum Deum e-
ternū patrem Domini nostri Iesu
Christi, creatorem generis humani,
colligentem eternam Ecclesiam, toto
pectore oro, vt Celsitudinis vestre cō-
firmet vires animę & corporis, &
tribuat salutaria consilia, & felicem
gubernationem.

Gaudeo etiam Principem & Do-
minum patrię meę vocatum esse ad
A 2 agnitio-

agnitionem filij Dei, & recte inuocare Deum, & fouere Ecclesiam Christi, quem oro, vt vniuersam familiam principum Palatinorum gubernet & protegat, nec sinat fieri barbaricam vastitatem in patria mea.

Literas Celsitudinis vestrae reuenter legi, Et virum integerrimum Stephanum audiui &c. Mitto Celsitudini vestrae scriptam responsionem: & maxime opto, vt tenetæ Ecclesie vbiq; tranquille sint: Quam ad rem proderit, si non sinent gubernatores defendi contrarias libertates. Probo igitur consilium Celsitudinis vestrae, quod vtriq; parti silentium mandarit.

Opto autem, vt sapientum principum consilio & autoritate aliquando & ex aliarum gentium Ecclesijs & nostris p̄j & euiditi viri conuocentur, vt de omnibus controuersijs deliberetur, & vna consentiens forma doctrinae vera & perspicua, sine vlla
ambigui-

ambiguitate posteritati tradatur. Interea, quantum fieri potest, moderatis consilijs coniunctionem nostrarum Ecclesiarum foueamus. Bene & feliciter valeat Celsitudo vestra. Datq; Calend. Nouemb. Anno. 1. 5. 5. 9.

Celsitudinis vestrae seruus:

Philippus Melanthon.

RESPONSIO.

Non difficile, sed periculosum est respondere. Dicam tamen, que nunc de controuersia loci illius monere possum. Et oro filium Dei, vt & consilia & euentus gubernet.

Non dubium est de controuersia Cœne ingentia certamina & bella toto orbe terrarum secutura esse. Quia mundus dat pœnas idolatrie, & aliorum peccatorum. Ideo petamus, vt filius Dei nos doceat & gubernet.

Cum autem multi vbiq; sint infirmi, & nondum instituti in doctrina

Ecclesie, Imò confirmati erroribus, necesse est initio habere rationem infirmorum. Probo igitur consilium Illustrissimi Electoris, quod rixantibus vtrinque mādauit silentium, ne distractio fiat in tenera Ecclesia, & ne infirmi turbentur in illo loco & vicinia. Et optarim rixatores in vtraque parte abesse.

Secundo, remotis cōtentionis prodest reliquos de vna forma verborum conuenire. Et in hac controuersia optimum esset retinere verba pauli: Panis quem frangimus *κοινωνία ἐστὶ τοῦ σώματος*. Et copiose de fructu cœnæ dicendum est, vt inuidentur homines ad amorem huius pignoris, & crebrū vsum.

Et vocabulum *κοινωνία* declarandum est. Non dicit mutari naturam panis, vt papistę dicunt. Non dicit vt Bremenses, panem esse substantiale corpus Christi. Nō dicit vt Heshusius, panem esse verum corpus Christi: Sed esse

Sed esse *κοινωνία* Id est, hoc, quo fit consociatio cum corpore Christi, quę sit in vsu, & quidem non sine cogitatione, vt cum mures panem rodunt.

Acerrime pugnant papistę, & eorum similes, vt dicatur corpus Christi extra sumptionem inclusum esse speciebus panis, aut panis: & postulant adorationem: Sicut Morlinus Brunsvige dixit, *Du mußt mich sagen Wrum, Wrum: sondern du mußt sagen/ was dieses ist/ das der priestet in der hand hat.*

Saceris iuber delaptas particulas colligi, & erasa terra comburi.

Cum Wormacię essemus ante biennium, quęstio ad nos mittebatur ex aula quadam, An corpus Christi descendat in ventrem?

Talibus prodigijs quęstionibus reiectis vtilius est retineri formam verborum Pauli, Et de fructu recte doceri homines. Potest inspicere forma verborum cœnæ in examine Megalburgensi, vbi & commonefactio est de fructu

hec verba
Lutheri
sunt, & in
beator in
Tomis in
Epistola
ad Iacob
fordica.

de fructu cœne. Adest filius Dei in Ministerio Euangelij, & ibi certo est efficax in credentibus. Ac adest non propter panem, sed propter hominē; sicut inquit, Manete in me, & ego in vobis. Item, Ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Et in his veris consolationibus facit nos sibi membra: Et testatur, se corpora nostra viuificaturum esse.

Sic declarant veteres cœnam Domini. Sed hanc veram & simplicem doctrinam de fructu nominant quidā cothurnos, Et postulant dici, An sit corpus in pane, aut speciebus panis, quasi vero Sacramentum propter panem & illam papisticam adorationem institutum sit.

Postea fingunt, quomodo includant panem, Alij conuersionem, Alij transubstantiationem, Alij vero vbi-quitatem excogitant. Hęc portentosa omnia ignota sunt erudite vetustati.

Negat Heshusius se assentiri Origeni,

geni, qui nominat panem & vinum, *συμβολα τῶ σωματος καὶ αἵματος*. Reſcit contumelose Clementem Alexandrinū. Pronunciabit eodem modo de Augustino, Ambrosio, Prospero, Dionisio, Tertulliano, Beda, Balilio, Nazianzeno qui nominat *ἀντίτυπον σωμα*, Theodoro, qui ait de pane *φύσιν μεταβαλῶν*.

Quę est igitur tanta autoritas Heshusij, vt ipsi potius assentiamur, quā tot probatis veteribus Scripturibus: qui perspicue testantur, tunc Ecclesiam non habuisse papisticum dogma, & adorationem: Quę si noua sūt in Ecclesia, cogitandum est, an recentioribus licuerit nouum dogma inuhere in Ecclesiam.

Nec ego ignoro multa citari nomina veterum titulis: de quibus eruditi iudicent.

Nec vero iam institui longam disputationem. Nec cum contentiosis, qui idola & parricidia stabiliunt, disputare

sputare volo: quorum seuitiam & ego
experior: sed tantum meo iudicio sig-
nificare volui, quid in illo loco, pro in-
firmitate Ecclesie teneri, faciendum es-
se existimem. Ac maneo in hac sen-
tentia, Contentiones vtrinque prohi-
bendas esse, Et forma verborum vna
& simili vtendum esse.

Si quibus hæc non placent, nec
volunt ad cõmunionem accedere, nō
permittatur, vt suo iudicio vtantur,
Modo non faciant distractiones in
populo.

Oro autem filium Dei, Dominum
nostū Iesum Christum, sedentem ad
Dexteram æterni patris, & colligen-
tem æternam Ecclesiam voce Euan-
gelij, vt nos doceat, gubernet & pro-
tegat. Opro etiam, vt aliquando in
pia synodo de omnibus controuersijs
horum temporum deliberetur.

EPISTOLA PHI- lippi Melanthonis, ad Iohannem Crationem Doctorem me- dicinæ Vratislauien- sem scripta.

Salutem. Clarissime vir, & ca-
rissime frater, Et debeo & habeo tibi
gratiam pro perpetua tua beneuolen-
tia, & pro mutuis officijs, in quibus
etiam numero eruditissimas disputa-
tiones, quas interdum mittis. Cete-
rum de Sycomoro & Sycamino mo-
ueor & nomine & descriptione, quã
propheta Amos recitat, vt eandem ar-
borem existimem: & quidem eam,
quæ Dioscoridicst ficus A Egyptia.
Forassis alijs locis degener, non sa-
tis est agnita scriptoribus. Delector
allegoria, quod scalpi & vngi fruc-
tum oportet.

DE

DE COENA.

Sed de tua questione differamus:
De qua primum omnium oro, ut eru-
ditam antiquitatem consideres, & ex
dubitatione mentem euoluas. Scio
carnificinam non solum sequam, sed e-
tiam perniciosam esse dubitationem.
Ideo Paulus iubet cauere, ne animi
adducantur in docendo εἰς διακρίσιν
διαλογισμῶν

Existimo autem ad confirmandas
mentes consensum vetustatis pluri-
mum conducere.

Memini me Luthero ante annos
XX in itinere, cum & placidior &
hilarior esset, recitare veterum Gre-
corum & Latinorum dicta, que ex-
presse dicunt, panem & vinum οὐρα-
νοθεν καὶ ἀντίτυπα εἶναι esse. Item
signum, Item figuram.

Cumq; adderem, recentem erro-
rem esse, ponere τὸ ἄριστον μεταβολὴν ἢ
μετασχηματισμὸν, (sic enim recentiores
loquun-

loquuntur) Ibi ille hæc verba subiecit,
Mirum esse, in ecclesia recenti potu-
isse tantum errorem tam diu herere,
& tam latè recipi. Repressi me, & mi-
rabareum tempore in hac re moueri,
Cum in alijs non moueretur.

Augustinus quidem ad Adymā-
rum expresse inquit: Non dubitauit
Dominus dicere, Hoc est corpus me-
um, cum daret signum sui corporis.

Tertullianus item expresse in-
quit, Hoc est corpus meum, Id est, fi-
gura corporis mei, Id Lutherus in-
terpretatur figuram Geometricam.
Vidi legentes cum gemitu viros erudi-
tos, rectè inuocantes Deum.

Origenes expresse inquit, προσ-
φασκεῖ ἢ ἐκκλησια τὰ τῶ σώματος καὶ αἰ-
ματὸς συμβολα.

Canon vetus apud Grecos nomi-
nat ἀντίτυπα σώματα.

Nazianzenus etiam hac voce uti-
tur, Nominat panem ἀντίτυπον σῶμα.

In recenti Canone postea verba
plura

plura addita sunt, *περὶ μεταβολῆς.*

In Theophilacto Oecolampadi-
us bona fide reddidit verba, *περὶ μετα-
βολῆς*, quę inuenit in suo codi-
ce. Tota illa sententia deest in nostro
codice. Ita veteribus libris insertę sunt
corruptelę.

Narrauit mihi Auentinus, se in
codice Bedę, qui est in Bibliotheca
Passauiensi, legisse enarrationem ver-
borum perspicuam, quę tota deest in
libris editis.

Reperi et ego manu scriptum Be-
dam in Mattheum in Monasterio
Walsaacensi, non dissentientem ab
Augustino.

Mittam cum primū poterō mul-
torum veterum dicta: Fuit enim mihi
cure, vt quantum possem antiquita-
tem & inquirerem, & considerarem,
Cuius enarratio non est aspernanda,
cum disseritur, *περὶ γενέσεως διαβολῆς.*

Nec iam instituo disputationem.
Tantum velim te antiquitatem con-
siderare.

Quod

7 Quod noster amicus de cōmunica-
tione Idiomatū disputat, Miror eum
intelligere cōmunicationē Idiomatū
confusionem physicam naturarū. In-
terea tamen verum est, filium Dei in
Ministerio adesse, & in eo efficacem
esse. *Τὸν υἱὸν τοῦ κοινωῖαι εἶναι τὸ ὄραμα.* ☉
Paulus disertē loquitur. Scio enim
te virum doctum rectē iudicare, quid
κοινωῖαι significet.

Hęc autem breuiter scripsi:
Nec volo spargi in populum: Etsi
tantum veterum dicta recito, non
pugno.

Oro autem filium Dei, vt ipse o-
pem ferat VERITATI, & suę Ec-
clesię. & nos gubernet: Amen. Bene
& feliciter vale.


Date, XIX. Martij: Anno
Christi. M. D. LX. Quo āno,
XIX: April. è viuis excessit
Dominus Philippus Melārhō,
Et. XXI. die April. sepultus
est in arcis templo Witeb. rgę.

Clarissimo

Clarissimo viro, eruditione. Vir-
tute & pietate præstanti. D. Hein-
rico Bullingero pie docenti Euan-
gelium in Ecclesia Tigurina,
amico suo, Philippus
Melanthon.

S. D. Inspeci pleraq; quæ edidisti,
Sac degustavi; sed enrrationem Io-
annis ferè totam perlegi. Nam cum
de multis sententijs mecum sæpe con-
ferat quidam meus amicus, qui hic Io-
annem interpretatur, subinde ad tu-
um scriptum redeo, te quoq; consulēs.
Amo enim Ecclesiam; & semper sen-
si, iudicia Ecclesie magnificienda esse.
Ideo & veterum & recentium senten-
tias confero, vt simplicem, natiuam,
propriam Ecclesie doctrinam & ipte-
teneam, & alijs tradere possim. Et sæ-
pe testatus sum, placere mihi Enarra-
tionem tuam. & quod vera dicis, &
συμφωνα verè Ecclesie Dei, & salu-
taria.

MAGYAR
KÖNYVTÁRA
KONVITÁRA



Clarissimo viro, eruditione, Vir-
tute & pietate præstanti. D. Hein-
rico Bullingero pie docenti Euan-
gelium in Ecclesia Tigurina,
amico suo, Philippus
Melanthon.

S. D. Inspexi pleraq; quę edidisti,
Sac degustavi: sed enrrationem Io-
annis ferè totam perlegi. Nam cum
de multis sententijs mecum sepe con-
ferat quidam meus amicus, qui hic Io-
annem interpretatur, subinde ad tu-
um scriptum redeo, te quoq; consulēs.
Amo enim Ecclesiam; & semper sen-
si, iudicia Ecclesię magnificienda esse.
Ideo & veterum & recentium senten-
tias confero, vt simplicem, natiuam,
propriam Ecclesię doctrinam & ipte
teneam, & alijs tradere possim. Et se-
pe testatus sum, placere mihi Enarra-
tionem tuam. & quod vera dicis, &
συμφωνά verę Ecclesie Dei, & salu-
taria.

MAZAR
BIBLIOTHÈQUE ACADÉMIQUE
ROYALE

RM II 589